Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



38

quod opere fieri nefas est / nec cogitatione quidem quaere
et que nec mente nec corpore delinquat Non enim existi
mes te crimen fugisse prius / si voluntate non sequatur
effectus / cui septimus est matthei quinto capitulo. qui vidit mu
lierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde
suo Ne queso dicas. cogitatum quidem sed non perfecti.
quia etiam concupiscere nefas est quod fieri crimen
est Nichil enim prodest castimonie integritas mente corru
pta Vt igitur possit esse sancta corpore et spiritu. ne
cesse est castimonie abstinentie se permunire Hoc igitur mo
neo primum. ut sponsa xpi vinum fugiat per veneno
Unde de hac sapientissimo hieronimo / et lumen totius
orbis doctor egregius / custodiunt virginem et ab
batissam / quam maxime diligebat dicit Nec ad
usus adolescencia prima arma sunt demonum / ri
num et adolescentia duplex incendium Quid oleum
flamme adicimus. quid ardenti corpusculo fomenta
ignium mittimus? Adolescentia ferventior cibis corpe
de castitate quomodo secura est? Difficile enim
inter epulas servatur pudicicia. Hec dicens. non
adempno cibos quos deus creavit ad utendum cum gra
tiarum actione. sed iuvenilis et puellis mentiua as
sero esse voluptatem Nam etherei ignes a olimpi
tantis ardoribus estuant / ut iuvenilis medul
le vino plene et capitibus inflamate Unde et
julianus dicit Puerorum et iuvenum corpora insito
calore ferve. et noxios esse hujus etatibus cibos